



2
18
17
8

Casa	2
Gab.	18
Est.	
Tab.	17
N.º	8

2
18
17
8

9 — 15 — 4 =

— 14 —

C
JOHANNIS HEVELII
E R C U R I U S

In Sole visus Gedani,

anno Christi M DC LXI, d. III Maii, St. n.

etatis quibusdam rerum Cœlestium observa-
tionibus, rarij pheonomenis

cœlestis
V E N U S

pariter visa, Anno 1639, d. 24 Nov. St. V.

LIVERPOLIE, A JEREMIA HORROXIO:

HUNC PETRUM SOENE, NOTISSIME ILLUSTRATA.

Regia anno dicitur.

H I S T O R I O L A ,

Nova illius, ac miræ Stellæ in celo Cœli, certe aetemporibus clare admodum
affigendæ, nonnihil novissima.

G E N U T I N A P E L T P A T I O

Parvissima, d. Portulani pietatis
dilectione.

Typis Joh. Cœfus Et Regis Fecit, Adspicuum
GEDANI.

AUTORIS TYPIS ET SUMPTIBUS
impunctar. Simoni Kriegeri.

ANNO M DC LXI.

C 1 E 1 n. 10

JOHANNIS HEVELII MERCURIUS

In Sole visus Gedani,

Anno Christiano M DC LXI, d. III Maji, St. n.

Cum aliis quibusdam rerum Cœlestium observa-
tionibus, rarissq; phænomenis.

Cui annexa est,

VENUS

In Sole pariter visa, Anno 1639, d. 24 Nov. St. V.

LIVERPOLIAE, A JEREMIA HORROXIO:

NUNC PRIMUM EDITA, NOTISQUE ILLUSTRATA.

Quibus accedit succincta

HISTORIOLA,

Novæ illius, ac miræ Stellæ in collo Ceti, certis anni temporibus clarè admodùm
affulgentis, rursùs omnino evanescentis.

GENUINA DELINEATIO,

*Nec non
Paraselenarum, & Pareliorum quorun-
dam rarissimorum.*



BIBLIOTHECA DA UNIVERSIDADE
DE COLOGNE
17778

Cum Privilegio Sac. Cæsareæ, & Regie P. & S. Majestatum
GEDANI.

AUTORIS TYPIS, ET SUMPTIBUS,
imprimebat SIMON REINIGER.
ANNO M DC LXII.

JOHANNIS HEVELII
MERCURIUS

TU SOLI AVIS GEDANI.

ANNO CHRISTIANO MDCCXVIII. MARZO. 2.
CUM QVIIS DIPUTATUM TENUIT CELESTINUS OPELIERA-
TIONIS, TESTIS APPONEMUS.

CEP. M. M. M. M. M. M.

VENVS

ANNO CHRISTIANO MDCCXVIII. APRILIS. ANNO 1639. A.D.
LITERPOLIE A JEREMIA HORROIXIO.

NUINC PRAEVALENTE. MOTUS EST ETATAM.

NON VITRUM INSTRVNGIT.


HISTORIA

MORS ULLIUS AC MUNUS SCILLAE IN COLLO CESTI, CERTUS TUNI EQUINOCTIALE CINGE ALMONEGUM
ALLEGORUM, TERRIS OMNIBUS EXAGGEBUS.

CENNIANA DELINCATIO

PRAECEPITUR, & PRAESES DEDICAT.

NON HABEMUS.



CUM PRAECEPITUR, CESSANTE P. C. M. M. M. M. M. M.
GEDEANI
AUTORIS TYPIS ET SUMPTUIS
IMPRESORIS SIMON REINIGER
ANNO MDCCXVII

V I R O
INCOMPARABILI,
DN:

ISMAELI BULLIALDO

Amico summo,

JOHANNES HEVELIUS S.

Nigebit semper in animo, ô magnum
ævi nostri decus, consuetudinis, at-
que conversationis illa suavitas, quâ
nuper frui licuit, Te exoptatisimo,
gratissimoque nobis hospite. Nec
enim de variis solùm jucundissimis rebus, studiis-
que communibus, per totos dies, sermones Te-
cum reciprocare; sed & integras noctes, specu-
lationibus, atque observationibus nostris Urani-
cis, tanto socio! (de quo mihi impensè gratulor)
invigilare feliciter nobis obtigit. Adeò, ut annu-
ente Supremo Numine, præter observationes
Planetarum, Fixarumque, quovis tempore, Cœ-
lo sereno obvias, diversa, raraque insuper æthe-
ris, aerisque phænomena, utpote Cometam haud
vulgarem, Eclipsin Solis notabilem, Bolidem ar-
dentem insignem, Stellam in collo Ceti admiran-

■ ■ ■

dam, cætera ut taceam, deprehenderimus. At-
verò, doleo vehementer, quòd omnium insolens
phænomenon, semel hucusq; tantummodo con-
spectum, non simul nobiscum animadvertere con-
cessum fuerit, MERCURIUM videlicet sub So-
lis disco incidentem: & quidem illum Planetam;
cujus orbitam, motumq; præter Te nemo explo-
ravit, detexitque accuratiùs; quò oculis etiam
Tuismet usurpasles, quodnam iter in Sole carpse-
rit, ac quâ facie, & magnitudine se se conspicien-
dum præbuerit. Verùm, cùm fata hocce jucun-
dissimum, Tibi tunc temporis absenti, prorsùs in-
viderint spectaculum, volui eò promtiùs hujus ra-
risimæ conjunctionis observationem, bono pub-
lico aliquantò fusiùs adumbratam, adjectis qui-
busdam animadversionibus, cum Nobilissimâ, &
hactenus nunquam peractâ observatione Veneris
in Sole Jeremiæ Horroxii; simul Historiolam mi-
ræ illius novæ Stellæ in collo Ceti; nec non deli-
neationes rarissimorum quorundam Pareliorum,
ac Paraselenarum, Tibi amico nostro percharo, ac
Viro cumprimis de hocce Mercurio, imò de totâ
Astronomiâ optimè merito, ex eâ animi, quam
nosti propensione, & affectu offerre, ac commu-
nicare: quòd in primis videas in quantum Tabulæ
nostræ Cœlum assequutæ fuerint, & in quantum
ad hoc
ad hoc




adhuc ab eo exorbitent. Nullus dubito, quin intentionem hanc nostram, pro isto amicitiae, atq; necessitudinis nexu, quo conjuncti sumus, & singulari illo affectu, quo me, atque communia hæcce Studia prosequeris, optimè sis interpretatus. Vale. Dabam Dantisci è nostro Museo, Anno à nato Christo M DC LXII, Octavo Iduum Aprilis.




DELINeATIONES

Hoc ordine inferantur.

Tabula A,	inter pag.	6	7.
B,	inter pag.	8	9.
C,	inter pag.	10	11.
D,	inter pag.	16	17.
E,	inter pag.	18	19.
F,	inter pag.	70	71.
G,	inter pag.	116	117.
H,	inter pag.	164	165.
I,	inter pag.	172	173.
K,	inter pag.	174	175.



JOHANNIS HEVELII
MERCURIUS
In Sole visus,
ANNO M DC LXI.



On prolixis disputationibus, aut speciosis ratiocinationibus, sed observationibus Astronomia fundata, atq; exculta, suoq; tempore magis magisque exornanda, & perficienda est. Hincq; omnes ab omni ævo, quibus serius, ac sincerus Uraniæ tetigit cultus, nihil potius duxerunt, quam ut solidiores observationes, datâ occasione, ex ipso Cœlo impetrarent, easq; literis, Posterritatis bono, consignarent. Ex eo, etiam evenit, quod Scientia hæcce Sideralis tantos fecerit progressus, eoq; pervenerit, singulari rerum omnium Directoris gratiâ, ut res ejuscemodi supputare, ac prædicere valeat, quoad motus, adspectusq; Planetarum, Luminariumq; Eclipses, quas Viri etiam pleriq; Sapientes nunquam non summoperè sunt admirati; mentem scilicet humanam, adeò subtiliter arcana cœlestia penetrare, ac detegere potuisse.

Interim tamen Tibi minimè persuadeas velim, licet Astronomia, à Laudatissimis Prædecessoribus nostris, quibus nunquam sufficientes, eà caussâ, agere possumus gratias, egregie sit exculta, eam ad summum perfectionis apicem jam esse redactam, usq; adeò, ut Astra rimari, cœlumque

*Sideralens
scientiam ve
ra excolendi
ratio.*

*Astronomia
magno bu
usq; fecit
progressus.*

*Plurima ad
huc in eâdem
arte restare
perscrutanda*

lumq; intueri haud amplius sit opus. Neutiquam profecto. Tantum enim abest, mi Astrophile, nos eò pervenisse, quin potius à desideratà perfectione multùm abesse putemus; non solum circa Planetarum penè omnium, sed & loca Fixarum, obliquitatem Eclipticæ, Refractiones, Parallaxes, diametros Siderum apparentes, aliquè huc spectantia quàm plurima ut taceam; & quidem longius, quàm pleriq; Astrologi non nisi Ephemerides volventes, & revolventes, imò etiam plurimi Astronomi, qui ultra communem modulum sapere videntur, si bi unquam persuadere queant.

*Quo sensu
verba Auto-
ris arripien-
da sint.*

Hæc, quamvis aliquantò largius & audaciùs dicta à nobis esse videantur, tamen à veritate haud esse aliena mox mox clare perspicies. Quæ autem, nec non infra proponenda, minimè ita accipias, aut interpreteris, Benigne Lector, etiam atq; etiam à Te contendô, ac si Præclarissimorum Prædecessorum summis laboribus, meritisq; immortalibus aliquid detractum, sive negligentia eos accusare, nedum operas eorum præclarè peractas vel minimum despicere, & contemnere velimus. Procul procul hæc omnia à mente nostrâ! Nam haudquaquam à quopiam alio, quisquis etiam sit, (ut ut alioquin tenuitatis mæ optimè mihi sim conscius) superari me patiar, suspiciendo nimirùm, & venerando Summos illos Viros facem nobis præferentes, Eratosthenes videlicet, Timochares, Aristarchos, Hipparchos, Ptolemæos, Albategnios, Copernicos, Tychones, aliosq; quamplurimos Eximios, tam Veterum, quàm Recentiorum auctores. Quippe haud nos præterit, illos omnes officio suo egregiè admodum functos esse, alios in hoc, alios in alio genere præstissem eximia; Juniores tamen semper aliquid amplius Antiquioribus, nostro quidem judicio; non quod eruditione industriaq; priores antecelluerint (quanquam supremum Conditorem, non nullos vividiori ingenio, atqué sagacitate res penetrandi abstrusas, nunquam non instru-

*Veteres A-
stronomi di-
gnis celebrâ-
di encomiis.*

struxisse, nemo facile inficias iverit) sed quod vestigiis antecesorum insistendo, & inventionibus eorundem inhaerendo, ad sublimiora facilius perveniendi illis concessum fuerit. Magnarum enim rerum tardi sunt progressus, atque longioris ævi experientia, & solertia plurima detegit. Non unius, sane seculi, nedum hominis cuiusdam est, licet ingenio acutissimo sit præditus, quasvis varietates rerum Cœlestium perscrutari; sed res istæ, non nisi à plurimis plurimorum annorum decursu, indefessoqué labore peraguntur; ita tamen, ut natura semper futuris seculis aliquid reservet, satisqué omni tempore habeat quilibet sedulus scrutator, quod querat, in quibus mentem, ingeniumqué suum exerceat. Exinde rectè omniamur, etiam in hâc Scientiâ Sidereâ talia successu temporis detectum iri, quæ nostrum etiamnum superant planè intellectum, præsertim si labor non cesserit, loquente Senecâ: quemadmodum pariter hoc seculo currente haud pauca invenerimus, quæ Antiquioribus, ne quidem per somnium in mentem venissent.

*Natura, sa-
cra sua non
simul tradit.*

*Succesu re-
poris Artes
& Scientia
crescant.*

*Adhortatio
ad Magna-
tes & Astro-
sophos.*

Quæ cum ita sint, atque Astronomia auxilio multaque correctione indigeat, quæ non nisi ex plurimis motuum cœlestium observationibus, diversis, ac elaboratis organis, dextrè & solicite peractis, sit speranda; utique ad omnes, tam Magnates, quam Literatos, quibus præcæteris plus curæ est, Gloria Omnipotentis, & Rei Literariæ incrementum, spectare arbitramur, ut Uraniae, quantocyus, ac pro viribus opem ferant. Princes quidem Patrocinio, ac Munificentia, largiendo videlicet Astrosophis operas istas aggredientibus, tum necessaria, & honorifica vitæ adminicula, tum Instrumenta affabre elaborata; Astronomi verò insigni industria, crebris vigiliis, indefessoqué labore. Verum omne id, si liberè eloqui liceat, hoc nostro ævo, proh dolor! desideratur quam maximè. Illos enim plus affectit solicitude rerum Terrestrium; hos verò, deficientibus mediis,

ac re-

ac requisitis cura Venti; sic ut vix quisquam de promovendis, exornandisquè Studiis Cœlestibus amplius sit sollicitus, sed contentus Ephemeridibus, olimqué inventis.

*Quantum
Tabulae &
Ephemerides ab ipso
exorbiunt
caelo.*

*Eclipsibus.
Solis ac Lu-
na demon-
stratur.*

Ne autem prolixior sim, aggrediamur id, quod nostri est instituti, ob oculos nimirūm ponendo unam aut alteram tantùm hāc vice observationem (in Machinā enim nostrā Cœlesti, quæ sub manibus versatur, fusiùs ea dicere, si DEO ita visum fuerit, proposuimus) ut videas, quantum Tabulæ, & Ephemerides ab ipso abludant Cœlo. Atqué ita ut à Luminari utroquè inchoemus, omnes & singulos, etiam illos saltem per transennam Eclipses animadvertentes minimè latere puto, plerumquè tam Solis, quam Lunæ deliquia, modo in tempore, modo in quantitate jugiter à calculo aberrare, sic ut operæ pretium minimè esse ducam, pluribus exemplis id ire demonstratum; sed sufficiet, opinor, hāc vice tribus ex posterioribus Eclipsibus hīc G E D A N I à nobis accuratè observatis. Et ut res eò dilucidiūs cuivis sit in conspectu & proptatulo, pateatqué dextrè & sollicitè peracta esse omnia, primū: dictas observatas Eclipses, cum eorum typis, æri, meā manu, incisis hīc lubens ordine subiungam; dein etiam in peculiari Tabellā, simul præcipua observatarum Eclipsium capita, eaqué simul ex diversorum Autorum Tabulis supputata exhibeo; quò sub primo intuitu statim habeas uniuscū jusqué calculi, ab ipsâ observatione discrepantiam.

Eclipsis

Eclipsis Lunæ Partialis observata GEDANI

Anno Christi 1659. die 30. Octobris st. n.

a


JOHANNE HEVELIO.

Tempus juxta horol. artific.		Distantia & Altitudines	Tempus ex altitud. correct.	Ordo Phasium Phasum.	Animadversiones.
Hor. M. Sec II 54 30 ant. m. noct.	Altit. Merid. D Marg. bor. Quad. Mag. Horiz. Or.	Gr. M. Sec 49 9 30	Hor. M. Sec		Circa horam 12. noctis, circulus magnus Lunam ambiebat, cuius margini interiori adstabant Ple- jades, exteriori vero illa in fini- stro Calcaneo Persei.
O 16 10 O 17 55	Altit. Capella Eadem altit. Quad. parv. Or,	65 30 O 65 47 O	O 10 24 O 12 16		
O 34 20 O 37 30 O 41 30	Dist. D Marg. occid. à Ca- pellâ Sext. Magn. Or.	47 30 50 47 29 50 47 27 40	O 28 30 O 30 48 O 34 48		
O 46 30 O 47 45 O 52 20 O 54 15	Dist. D Marg. Occid. à de- xtra humero Orionis. Sext. M. Or.	51 49 50 51 48 55 51 46 50 51 46 10	O 39 34 O 40 56 O 45 11 O 47 2		
I 21 30 I 24 0 I 26 0 I 27 45	Dist. D Marg. occ. à Regel Orionis. Sext. M. Or.	47 38 50 47 38 30 47 38 5 47 37 35	I 12 54 I 15 31 I 17 24 I 19 6		
I 33 35 I 37 5	Altit. Procyonis Eadem altitudo Quad parv. Or.	25 4 O 25 30 O	I 24 44 I 28 8		
2 28 35 2 31 40 2 39 0 2 40 0	Altitudo Procyonis Altitudo denuo capra Penumbra Vestigium. Penumbra Vestigium.	31 38 O 32 2 O	2 18 52 2 22 30 2 30 0 2 31 0		
2 48 45 2 49 30 2 50 0 2 53 0	Penumbra densior Corona Lunam cingebat Penumbra paulo densior.		2 40 O 2 40 30 2 41 O 2 44 O		
2 55 0 2 58 0 3 0 0 3 2 0	Penumbra notabil. cresceb. Penumbra Penumbra.		2 46 O 2 49 O 2 51 O 2 53 O		Ins. Melos & Loca Paludosâ in Insul. Cercinnâ sub eodem per- pendiculo.
3 4 0 3 5 0 3 7 0	Penumb. circa font. Tadnos Pen. vald. d'efab. ita ut in illo marg. 50 vel 60 gr. occup.		2 55 O 2 56 O		
3 9 30 3 10 0 3 12 0 3 12 15	Penumbra valde densa. Init. astimatû seu pen. d'efiss Initium verum. Initium certius astimatum.		2 58 O 3 0 30 3 1 0 3 3 0	Initiu	Per mare mortuum & Montem Horminium recta tendere vide- batur ad locum ingressus umbra.

MERCURIUS
Eclipsis Lunæ Partialis
Anno 1659, 30. Octob.

Tempus juxta horol. artific.		Altitudines	Tempus ex altitud. corrett.	Ordo Phasit Phasium.	Quantitas	
Hor. M. Sec		Gr. M. Sec.	Hor. M. Sec			
3 14 30	Fa aliqua pars obscurata erat		3 5 30			Circa 81° à puncto Nadir ortum versus Luna caput obscurari.
3 15 30	Ferè Digit. erat obscuratus		3 6 30	1	$\frac{3}{4}$ dig. ferè	
3 19 10			3 10 10	2	1 digit.	
3 22 18			3 13 18	3	$\frac{1}{2}$ dig. ferè	
3 26 20			3 17 20	4	$\frac{1}{4}$ pauloplus	
3 31 38			3 22 38	5	$\frac{2}{3}$ dig.	Mons Sinai tegebatur.
3 34 9			3 25 9	6	$\frac{2}{3}$ dig.	Totus M. Sinai obscuratus.
3 41 30			3 32 30	7	$\frac{3}{8}$ dig.	
3 43 45			3 34 45	8	$\frac{3}{3}$ dig.	
3 47 6			3 38 6	9	$\frac{3}{8}$ dig.	
3 49 0			3 40 0			Porphyrites & Etna ferè perpendiculares.
3 49 40			3 40 40	10	$\frac{1}{4}$ dig.	
3 50 53	Altitudo Procyonis.	39 2 0	3 41 53			
3 54 7			3 45 7	11	$\frac{1}{4}$ dig.	
3 57 21			3 48 21	12	$\frac{1}{2}$ dig.	
4 0 20			3 51 20	13	$\frac{1}{3}$ ferè dig.	
4 4 53			3 55 53	14	$\frac{1}{8}$ ferè	
4 9 30			4 0 30	15	$\frac{1}{4}$ & paul. pl.	Inf. Maj. Casp. obscurari incipiebat.
4 14 0			4 5 0	16	$\frac{1}{2}$ ferè	
4 19 7			4 10 7	17	$\frac{5}{8}$ Dig.	
4 23 40			4 14 40	18	$\frac{5}{8}$ & paul. pl.	Byzantium & Mons Christi in linea perpend.
4 25 30			4 16 30			
4 27 28			4 18 28	19	$\frac{3}{4}$ ferè	Inter phasim 19 & 20. maxima comitit obscuratio. Hor. sc. 4. 21'
4 32 7			4 23 7	20	$\frac{5}{8}$ ferè	
4 35 33			4 26 33	21	$\frac{5}{8}$ ferè	
4 40 45			4 31 45	22	$\frac{1}{2}$ paul. plus	
4 46 25			4 37 25	23	$\frac{3}{8}$ dig.	
4 51 0			4 42 0	24	$\frac{1}{4}$ dig.	
4 55 44			4 46 44	25	5 dig.	
5 2 40			4 53 40	26	$\frac{3}{4}$ ferè	
5 14 30			5 5 30	27	$\frac{3}{8}$ Dig.	Mons Sin. illuminari incipiebat.
5 18 0			5 9 0	28	$\frac{3}{8}$ Dig.	
5 25 0	Tres digitii ferè obscurati.		5 16 0	29	3 dig.	
5 27 5			5 18 5	30	$\frac{1}{4}$ paul. plus	
5 30 33			5 21 33	31	$\frac{1}{2}$ ferè	Inf. Maj. Casp. illuminari incipiebat.
5 32 54			5 23 54	32	$\frac{1}{4}$ dig.	
5 34 55			5 25 55	33	$\frac{1}{8}$ Dig.	Tota inf. Casp. obscurari desit.
5 38 45			5 29 45	34	$\frac{1}{2}$ ferè	Densiss. nubes & penitus obscurarunt ut finem minime animadverte potuerim.
5 41 20			5 32 20	35	1 dig.	
5 49 50	Alt. \nexists Quad. M. Hor. O.	34 11 20	5 41 4			
5 52 40	Alt. \nexists Quad. M. Hor. O.	34 31 10	5 44 0			Finis extitit ut ex reliquis partibus phasibus Hor. 5. 39°.
6 12 0	Non nisi penub. satis notab.		6 3 0			Luna desit obscurari circa 5° à puncto Nadir ortum versus.
6 15 0	Penumbra dilutior		6 6 0			
6 18 0	Penumbra admodum dilut.		6 9 0			
6 20 0	Penumbra adhuc vestigium	37 55 10	6 11 0			Color Eclipsis fuit subfuscus & Cinerous.
6 25 5	Alt. \nexists Quad. M. Hor. Or.	38 4 20	6 16 32			
6 26 40	Alt. \nexists Quad. M. Hor. Or.		6 17 36	dub.		

Eclipsis Lunæ Partialis.
G E D A K I
Anno Christiano 1659, Die 2 mane, 30 Octobris observata.



Phases.

Kor. 3. 3'.
Initium.

Kor. 3. 10'.
1 Dig.

Kor. 3. 18'.
2 Dig.

Kor. 3. 29'.
3 Dig.





Crescentes.

Kor. 3. 39'.
4 Dig.

Kor. 3. 53'.
5 Dig.

Kor. 4. 21'.
 $5\frac{1}{4}$ Dig.





Phases.

Kor. 4. 51'.
5 Dig.

Kor. 5. 5'.
4 Dig.

Kor. 5. 15'.
3 Dig.

Kor. 5. 24'.
2 Dig.



Decrescentes.


Kor. 5. 32'.
1 Dig.

Kor. 5. 39'.
Finis.



fig. A.

Observat. Sculpsit.



A

Eclipsis Lunæ Partialis.

Anno 1659, 30. Octob.

Ordo Pha- gnum.	Per Quas Maculas transiverint umbra sectiones.	Animadvertisenda.
1	Per L. Merid. & M. Troicum.	<small>Altit. Luna Merid. obser- vata.</small>
2	Per M. Hajalon. & M. Eoum.	
3	Inter M. Lion & Anna per M. Pharan.	
4	Per Des. Evila, ad S. Sirb.	
5	Per M. Sinai, S. Sirb. & M. Climacem.	
6	Per M. Dalang. & Inf. Leroam.	
7	Per Inferiorem Libanon & Inf. Cretam.	
8	Per Medium Libani, & Mare Syrticum.	
9	Per Super. Liban. & Inf. Rhodum.	
10	Per Taur. Inf. Mel. ad ripam Pal. Maraot.	
11	Per M. Crag. I. Iesb. & M. Athos.	
12	Per Pal. Areesam & M. Masicyum.	
13	Per Lacum Thospitis M. Laim. ad Pal. Maraot.	
14	Per M. Mosch. Didym & Sipyl.	
15	Per M. Tancon, & Inf. Lemnos.	
16	Per M. Strobil. & Olymp.	
17	Per Inf. maj. Casp. & Mare Syrt.	
18	Per I. min. Casp. & Cap. de Tornese.	
19	Per S. Athen. I. Leam & Mar. Syrt.	
20	Per M. Herc. & M. Climacem.	
21	Per M. Herc. & infra M. Climacem.	
22	Ad Pr. Heracl. I. Lemnonos & M. Catar.	
23	Ad Pr. Heracl. M. Sipyl. & Fr. Syrb.	
24	Per M. Latnum & M. Eoum.	
25	Per M. Herculis & Inf. Cretam.	
26	Ad P. Amar. M. Crag. & Phar.	
27	Per Liban. med. & I. Merid.	
28	Per M. Strob. Mosch. & supra Sinai.	
29	Per Fr. Pont. & Desert. Evila.	
30	Per S. ext. Pont. & M. Calch.	
31	Per Inf. maj Casp. & M. Techif.	
32	Per inf. part. Inf. M. Casp. & M. Dalangneros.	
33	Per M. Cauc. & Coibacaranos.	
34	Per Petr. Sogd. & M. Parap.	
35	Per M. Nero sum.	
Finis circa Parapom. M. exitit.		<small>Quot phasēs de- lineatae.</small>
		<small>Penumbra du- ratio.</small>

ipsum finem, penumbram ultra dimidiā perdurasse horam: quod in aliis Lunæ defectibus, vix me observasse memini.

Quantum Tabula ab hac observatione discrepent.

Cæterūm, uti in aliis plerumq; partialibus Eclipsibus à me annotatis, quantitas etiam longè extitit minor, quā Tabulae tum Rudolphinæ, tum Danicæ exhibent. Hæ enim magnitudinem hujus Eclipsis ad 7. Dig. 21'. illæ verò 6. dig. 28'. definiunt; cùm ipsa observatio vix $5\frac{3}{4}$ dig. ostendat: hinc etiam ipsa duratio aliquot minutis extitit reverè brevior. Initium quidem secundūm Calculum Kepleri optimè observationi respondet, sed nec medium obscurationis, nec finis. Maxima obscuratio, ut ex omnibus ferè sectionibus phasium liquet, in primis ex 2 & 35, ex 3 & 34, ex 4 & 33, ex 8 & 28, ex 9 & 27, ex 13 & 26 &c. incidit in horam 4 21.

Quare typus in Epist. ad Ricc. exhibitus observationi non respondeat.

Miraberis, sine dubio, mi lector, unde typus hujus Eclipseos, in Epistolâ meâ, de motu Lunæ Libratorio, ad Ricciolum datâ, exhibitus, ab hac observatione, & delineatione appositâ, tam enormiter dissentiat? Fateor, equidem, rem se ita habere; sed pariter Te non nescire velim, hunc errorem nec mihi, nec meâ prædictioni, verum Tabulis Longomontani, ad quarum numeros, maximum defectum $7\frac{1}{2}$ dig. videlicet exhibentes tum delineaveram, unicè adscribendum esse. Nam, cùm ipsa Observatio vix $5\frac{3}{4}$ digit. exhibeat, necessum est, ut phases omnes maximè in utraq; delineatione sint discordes. Operæ igitur pretium erit, quoniam jam sèpiùs id animadversum est, partiales plerumq; Eclipses calculo existere minores, ut vel umbra, vel Lunæ latitudo, vel ejus semidiameter corrigatur. Nam in his tribus latet vitium: utrum autem simul in latitudine, umbrâ, & semidiametro Lunari; an verò in una aut alterâ tantum id ipsum hæreat? res est altioris adhuc indaginis; hincquè aliud rejicendum.

Cuspides sectionum ubi terminaverint.

Denique in hac Eclipsi pariter notetur, cuspides sectionum umbræ orientales, Paludem Maræotidem, maculam alioquin maximè notabilem in limbo Lunæ orientali non esse supergredias; sed dictam maculam, à parte ejus inferiore, tantum attigisse: cùm tamen secundūm Tabulas Danicas totam Insulam Gercinnam, Insulamq; Siciliam tegere debuissent. Pari modo in limbo Lunæ adverso occidentali, juxta observata, sectiones non nisi ad paludes amaras pervenerunt, cùm secundūm dictum calculum medietatem Paludis Mæotidis transire debuissent.

Eclipsis Solis Observata

GEDANI

Anno 1659 die Veneris, 14 Novemb. Vesp.

à
JOHANNE HEVELIO.


Temp juxta horolog. am- bulat.	Altitudines. Alt. Mer. ☉	Ordo Pha- sum.	Quantitas Phasium	Tempus ex altitud. Cor- rect.
Hor. M. Sec 12 0 0	Gr. M. Sec. 17 23 40			Hor. M. Sec
	Altitud. ☉			
2 49 49	8 59 5	Quad M. Horiz.	2 48 30	
3 1 45	7 50 25	Quad M. Horiz.	3 0 28	
3 26 49		I dig. ferè.	3 25 34	
3 27 26		I $\frac{1}{4}$ dig.	3 26 13	
3 28 15		I $\frac{3}{8}$ dig.	3 27 4	
3 39 21		3 I $\frac{5}{8}$ dig.	3 28 12	
3 32 12		4 2 dig.	3 31 5	
3 33 49		5 2 $\frac{3}{8}$ dig.	3 32 44	
3 45 44		6 4 $\frac{1}{8}$ ferè	3 44 43	
3 46 34		7 4 $\frac{1}{4}$ dig.	3 45 34	
3 56 0		8 5 $\frac{1}{8}$ ferè	3 55 0	
	Alt. Capell.			
7 45 23	36 58 0	Quad parv. Or.	7 45 52	
7 47 13	37 8 0	Quad parv. Or.	7 47 12	
7 49 38	37 28 0	Quad parv. Or.	7 49 48	

Ecli-

Eclipsis Solaris.

Gedankt.

Anno Christi 1659. Die 14 Novembris. Vesp. observata.



Phases

Crescentes.

Kor. 3. 55.
5 $\frac{3}{4}$ Dig.

Kor. 3. 52.
5 Dig.

Kor. 3. 44.
4 Dig.

Kor. 3. 37.
3 Dig.

Kor. 3. 31.
2 Dig.

Kor. 3. 25.
1 Dig.








Fig. B.

Observator Sculpsit.

Circus Luna

M. E. 1645

invenimus inter annis 1500 & 1600 Luna defecibus;
vix 1500 & 1600 Luna defecibus;

etiam enim, ut in hunc determinatae sunt, secundum secundum amnis, qualitas etiam luna
et enim minor, quae Tunc
quatuor luna Eclipsi, ut in 1500 & 1600 Luna defecibus;
vix 1500 & 1600 Luna defecibus;
vix 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;
lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;


lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;


lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;

lunam in 1500 & 1600 Luna defecibus;



Conjunction

Ecl.



1 45 34	7 45 31	45 3
3 46 0	18 45 30	35 0

18 45 30	23 45 33	23 45 33
23 45 33	0 0 0	0 0 0
0 0 0	0 0 0	0 0 0

0 0 0	0 0 0	0 0 0
0 0 0	0 0 0	0 0 0
0 0 0	0 0 0	0 0 0

Conjunction

Ecl.

Ecl.

Eclipsis Solaris

Anno 1659, die 14 Novemb. St. n.

Animadvertisenda.

TNITIUM, ob nubeculas quasdam, animadvertere haud licuit.

Inter quintam & sextam phasim, turris Elizabethana obstitit, ut intermedias delineare haud potuerimus. Post septimam phasim nubes vicissim intercurrebant, ut nihil præterea designare licuerit; nisi quod sub horam 3. 55'. unica cuspis inferior scilicet, tantummodo in conspectum veniret, quam etiam tum, angulum nempe, quem peripheria Solis Lunæq; constituebat, accuratè depinximus; ex quo angulo postmodum phasim istam ritè descripsimus. Ex Angulo enim isto, si in schemate ad peripheriam Solis debitè applicatur, illicè quantitas istius phasim innotescit. Quæ ratio designandi phases, ex unâ solâ cuspide, maximè digna est notatu, tum quod hactenus nondum fuerit cognita, tum quod in Eclipsibus Solaribus nubes sæpe numero obstant, quod minus integræ phases delineari possint; atq; tum hâc methodo, rem æquæ bene obtinebimus.

Ab hoc verò tempore, descripto scilicet ito angulo inferiori limborum Luminarium, Sol amplius, ob densissimas nubes, haud prodiit in conspectum, sed ad occasum usque delituit. Quantum tamen conjecturâ assequi possum, Sole occidente, quantitas Eclipses in hoc nostro horizonte Gedanense extitit ferè $6\frac{1}{2}$ digit. Id quod profectò nimis à calculo aberrat: pariter initium quod hora 3. 18', uti colligere est ex reliquis phasibus, contigit, multùm deviat. Tabulæ enim Rudolphinæ exhibent istud hor. 3. 48'. 20'; sic ut differentia ad 30 minuta prima asurgat: quæ discrepantia sanè intollerabilis est, & idè corrigi meretur.

Ex una solâ cuspide totam describere phasim.

Discrepancia inter observationem & calculum.

Initium contigit circa 46 grad. à puncto Nadir occasum versus.

Sectiones non altius à puncto Nadir numerando in limbo scilicet occidentali supra 85. grad. non pervenerunt. Ex quâ annotatione coniicere possumus, si maxima obscuratio nobis fuisset conspicua, ad $7\frac{1}{2}$ digit. se se extendisset.

Maximus defectus.

Nulla macula hac die 14. Novemb. in Sole apparuit.

Diameter ☉ ad Solis, videbatur satis accuratè calculo respondere.



C

ECLI-

MERCURIUS
ECLIPSIS SOLARIS

Observata Anno 1661, d. 30. Mart. a. J. Hevelio


Ordo Pha- sium.	Quantitas Phasium Obseruat.	Horologium Ambulato- rium. Hor.m.sec.	Horologium Perpendi- culi. Hor.m.sec.	Sciatericum Hor.mi.sec.	Altitudines ○ gr. min. sec.	Tempus Correctum. Hor.mi.sec.	Animadvertisda.
		9 1 21	9 1 21	9 1 0 28 23	0 9 3 9		
		9 2 35	9 2 36	9 2 0 28 35	0 9 4 54		
		9 10 29	9 10 10	9 10 0 29 29	0 9 12 58		
		9 45 35	9 45 13	9 45 0 33 0	0 9 47 23		
							dub.
1	Initium. $\frac{1}{4}$ dig.	10 12 3	10 11 41			10 13 15	Initium circa 117° à punto Zenith contigit.
2	$\frac{3}{8}$ dig.	10 13 25	10 13 5			10 14 37	
3	$\frac{7}{8}$ dig.	10 13 53	10 13 33			10 15 4	
4	$\frac{7}{8}$ dig.	10 15 42	10 15 24			10 16 56	
5	1 d. & amp;	10 17 8	10 16 52			10 18 22	
6	$\frac{1}{8}$ ferè.	10 18 31	10 18 15			10 19 44	
7	$\frac{1}{4}$ dig.	10 20 15	10 19 58			10 21 27	
8	$\frac{3}{4}$ ferè.	10 23 17	10 23 0			10 24 27	
9	$\frac{4}{8}$ dig.	10 34 24	10 34 10			10 35 31	
10	$\frac{5}{8}$ dig.	10 43 11	10 43 5			10 44 20	
11	$\frac{5}{8}$ dig.	10 51 53	10 51 48			10 52 58	
12	6 d. & ampl.	10 54 36	10 54 31	aëre subnu-		10 55 40	Portio circuli lunaris per centrum
13	$\frac{6}{8}$ dig.	10 55 31	10 55 26	bilo.		10 56 34	Solis transiens, vel obscurata pars
14	$\frac{6}{8}$ dig.	10 57 26	10 57 23			10 58 29	Solis, hora 10. 55'. continebat in
15	7 dig. circ.	11 I 56	11 I 55			11 3 0	limbo Solari 122°.
16	7 paul. pl.	11 5 6	11 5 0			11 6 4	Ratio Diametri ○ ad diamet. D
17	$\frac{7}{8}$ circ.	11 6 19	11 6 15			11 7 17	observat. est ut 1000. ad 1105.
18	$\frac{7}{8}$ dig.	11 12 10	11 12 11			11 13 8	Data igitur semid. ○ ex meis ob-
19	$\frac{7}{4}$ dig.	11 14 15	11 14 14			11 15 9	servatis 15.54''. provenit semid.
20	$\frac{7}{8}$ dig.	11 33 44	11 33 41	aëre subnu-		11 34 34	D in hac Eclipse 16'. 24''.
21	$\frac{6}{4}$ ferè.	11 46 54	11 46 50	bilo.		11 46 28	Maxima obs. Hor. 11. 20'.
22	$\frac{4}{2}$ ferè.	11 57 47	11 57 45			11 58 23	
23	$\frac{4}{8}$ dig.	11 59 36	11 59 31			12 0 9	
24	$\frac{3}{4}$ dig.	12 I 20	12 I 19			12 I 56	
25	$\frac{2}{4}$ ferè.	12 8 25	12 8 20			12 8 57	
26	$\frac{2}{8}$ dig.	12 9 32	12 9 28			12 10 4	
27	$\frac{2}{2}$ ferè.	12 II 0	12 II 0			12 II 37	
28	$\frac{2}{4}$ dig.	12 12 15	12 12 15			12 12 51	
29	$\frac{2}{8}$ dig.	12 13 0	12 13 0			12 13 35	
30	2 d. paul pl.	12 13 45	12 13 45			12 14 19	
31	$\frac{1}{8}$ ferè.	12 15 15	12 15 15			12 15 47	
32	$\frac{1}{4}$	12 16 10	12 16 10			12 16 41	
33	$\frac{1}{8}$	12 17 0	12 17 0			12 17 30	
34	$\frac{1}{2}$ ferè.	12 18 20	12 18 17			12 18 46	
35	$\frac{1}{4}$	12 19 20	12 19 19			12 19 47	
36	$\frac{1}{8}$	12 19 57	12 19 57			12 20 24	
37	I ferè	12 21 9	12 21 9			12 21 35	
38	$\frac{3}{4}$ dig.	12 22 8	12 22 8		Altit. ○	12 22 33	
39	$\frac{1}{2}$ dig.	12 23 34	12 23 34		Quad. h.m.	12 23 58	
40	Finis	12 26 39	12 26 40		39 21 40	12 26 17	Finis circa 81° à punto Zenith occidit.
		12 51 55		dub.	38 33 20	12 51 46	
		12 57 49			38 16 35	12 58 6	
		12 58 49			38 13 25	12 59 14	
		I 0 35			38 7 30	I 1 17	

Ecli-

Eclipsis Solaris.

G E D A K I.

Anno aera Cristiana 1661. Die 30 Martii, s. n. ante m. observata.



Plascer

Kor. 11. 26.
7 $\frac{1}{2}$ Dig.

Kor. 11. 6.
7 Dig.

Kor. 10. 56.
6 Dig.



Kor. 10. 48.
5 Dig.



Kor. 10. 46.
4 Dig.



Crescentes.

Kor. 10. 32.
3 Dig.



Kor. 10. 25 $\frac{1}{2}$.
2 Dig.



Kor. 10. 18 $\frac{1}{2}$.
1 Dig.



Plascer

Kor. 11. 33.
7 Dig.

Kor. 11. 44.
6 Dig.

Kor. 11. 52.
5 Dig.

Kor. 12. 6.
4 Dig.

Kor. 12. 8.
3 Dig.

Kor. 12. 16.
2 Dig.

Kor. 12. 22.
1 Dig.

Kor. 12. 27.
Finis



Decrescentes.

Kor. 12. 8.
3 Dig.


Kor. 12. 16.
2 Dig.

Kor. 12. 22.
1 Dig.

Kor. 12. 27.
Finis

fig. C

Observator Sculps.



ECLIPSIS SOLARIS

Anno 1661, die 30 Martij.

Animadvertisenda.

Instante hâc Eclipsi Solis, omnem adhibuimus operam, & cum longè exoptatissimo nostro hospite Dn. Ismaeli Bullialdo, omnia illa, quæ ad Eclipsin observandam spectare arbitrabar, lessent in promptu; in primis duas cameras obscuratas adornavi, alteram pro Majoribus, alteram pro Minoribus, qui in magnâ aderant frequentiâ, & quidem eâ ratione, quâ videbantur commodiores. Multo mane die 30. Martii, oriente Sole, quanquam cœlum undiq; erat serenum, sub horam tamen octavam, nubibus satis obscuris obduci cœpit, adeò ut Solem Quadrante, nec Majori, nec Minorî nostro æneo rimari potuerimus. Horâ verâ 9, aer paululum attenuabatur, ut satis accurate altitudines Solares caperentur: quo tempore Horologium tam perpendicularē, quâm usitatum ambulatorium, unâ cum Sciaterico in minutis distributo, præcisè admodum conveniebat.

Horâ 9. 30' Cameram ingressi sumus, oculos defixos omnino in tabulâ observatoria, præsentibus præcipuis nostræ Urbis luminibus, tenentes, ne nobis initium, quod instare judicabam, elaberetur. Huic nostro proposito cœlum tum clarâ etiam facie annuit, sic ut ipsum Lunæ sub Solem ingressum, punctumquâ attactus dilucidè admodum conspiceretur, in 117° à puncto verticali, occasum versus; & quidem primùm à Præclarissimo Bullialdo minimè o-tiosum se præbente spectatorem.

Obscuratis autem duobus penè digitis, per intervalla nubes Solem excipiebant, quod mi-nus tot Phases, quot quidem flagrabit, animadvertere licuerit. Attamen ex illis tum apparen-tibus, & sequentibus quamplurimis luculenter deprehendimus, Semidiametrum Lunæ no-tabiliter minorem esse, in hoc deliquio, quâm quidem calculus promiserat; quæ in peculiari chartâ, ex tribus in peripheriâ Lunæ, à tribus diversis observatoribus, simul notatis punctis, multoties explorata est.

Quinto obscurato digito, desideratam claritatem Sol denuo recuperabat; & quanquam maximâ obscuratione appropinquante nubes vicissim interpellabant, phasim tamen istam maxi-mam accurate obtinuimus: 7 $\frac{3}{4}$ digit. nempe haud fuisse majorem.

A tertio autem digito decrescente, aere omnino puro existente, quamplurimæ phases cum ipso fine exactè delineatæ sunt; ut ut ingruente fine, nubes vicissim Solem vexarent.

Cum itaq; aer, toto tempore Durationis frequentissimè nubes produceret, fieri haud po-tuit, ut altitudines simul, durante Eclipsi observarentur; at eadem finita, diversæ, Quadrante nostro horizontali majori, ad tempus corrigendum, captæ fuerunt; quanquam horologia no-stra, vix quicquam à vero aberrarunt tempore: prout ex ipsâ adjunctâ observatione manife-stum est.

Horâ 12. 26'. 17''. alto Sole 39°. 21'. 40''. Quadrante Azimuthali nostro, in alterâ satis longè dissitâ speculâ nostrâ constituto, alias observator, harum rerum aliâs bene gnaro, finem Eclipsis in pinnacilio quadrantis, per nudum foramen deprehendit. Quod etsi cum no-stro, ope Telescopij, in camerâ obscuratâ, annotato fine, in ipsis secundis non conveniat (nec sanè adeò accurate istâ ratione unquam fieri potest) tamen lubens etiam hanc observationem apponere volui; quod videoas in istâ minus accuratâ observatione, non nisi 46'' aberratum es-se: quod profecto nullius est momenti, & in tali observatione prorsus contempendum; ubi præsertim discus Solis initia obuli tantum appetet: ut harum observationum exercitatores optimè norunt.

Eximus Ismael
Bullialdus huic
observationi in-
terfuit.

Ipsum initij
momentum ob-
servatum.

Quâ ratione di-
ameter Lunæ
observata.

Quantitas ma-
xime obsevati-
onis.


Horologia mi-
rum in modum
conveniebant.

Finis Eclipsis si-
mul ab alio, in
pinnacilio quad.
notatus.

MERCURIUS IN
CALCULUS ECLIPSIVM.
Lunæ & Solis

Anno 1659. die 30. Oct. à 14. Novemb. St. n.

Caput Calculi Eclipseos Lunaris anno 1659, Octob. 30, ad meridianum Dantisc. juxta Calculum Tabularum.	Rudolphinarum Kepleri.	Secundum verò Observationem.
Si. Gr. Min. Sec.	Hor. Sec. Min.	
<i>Longitudo vera Solis</i>	m 6 33 53	
<i>Longitudo ☽ ad obscur. max.</i>	8 6 35 57	
<i>Anomalia ☽ coæquata.</i>	9 24 17 25	
<i>Argumentum Latitudinis</i>	5 21 58 16	
<i>Arcus inter centra ☽ & umbra.</i>	44 22	
<i>Semidiameter Luna.</i>	15 23	
<i>Semidiameter Umbra.</i>	45 34	
<i>Initium Eclipseos.</i>	Hor. 3 2 54	Hor. 3 3 0
<i>Obscuratio maxima.</i>	Hor. 4 27 38	Hor. 4 21 0
<i>Finis Eclipseos.</i>	Hor. 5 52 22	Hor. 5 39 0
<i>Tota duratio.</i>	Hor. 2 49 28	Hor. 2 36 0
<i>Pars deficiens.</i>	Dig. 6 28 0	Dig. 5 45 0
Capita Calculi Eclipseos Solaris vespertinæ, anno 1659, die 14 Nov. ad Meridianum Dantisc. juxta Calculum Tabularum.	Rudolphinarum Kepleri.	Ex Observatione nostrâ.
Si. Gr. Min. Sec.		
<i>Tempus Conjunct. vera opp. Dantisc.</i>	Hor. 4 10 52	
<i>Longitud. Lumin. ad Conjunct. veram.</i>	m 22 10 24	
<i>Latitudo ☽ vera Sept. Asc.</i>	46 18	
<i>Motus horarius ☽ à ☽ verus</i>	33 59	
<i>Parallaxis ☽ à ☽ horizontal.</i>	1 1 38	
<i>Tempus occasus ☽ Dantisci</i>	4 9 36	
<i>Longit. ☽ visa.</i>	m 21 52 26	
<i>Latitudo ☽ visa Austral.</i>	12 55	
<i>Antecessio ☽ à Sole visa.</i>	17 58	
<i>Pars deficiens ☽ occident.</i>	9 30	
<i>Quæ valet</i>	Dig. 3 41 24	Dig. 6 30 0
<i>Initium Eclips. Dantisci.</i>	Hor. 3 48 20	Hor. 3 18 0



CALCULUS ECLIPS. SOLIS.

Capita Calculi Eclipseos Solaris anno 1661, die 30 Martij circa Merid. ad Merid. Dantisc. juxt. Calc. Tabularum.	Rudolphina- rum. Kepleri.	Marie Cunii.	Danicarum Longomont. & Eichstadij.	Ex Observatione nostra.
	Si. Gr. Min. Sec.	Si. Gr. Min. Sec.	Si. Gr. Min. Sec.	Si. Gr. Min. Sec.
Tempus apparenſ & vera Long. ☽ & ☉ temp. vera & Anomalia ☽ coæquata. Anomal. ☉ coæquata.	Hor. 10 54 21 V 10 15 1 9 3 29 2 7 0 16 59	10 54 9 V 10 15 2 9 3 29 4 7 0 16 59	11 4 48 V 10 16 7 9 3 28 24 7 0 16 44	
Argument. Latit. ☉ Latitudo ☉ vera Sept. D. Intervall. inter vera & vis. & add. Temp. & vis. & obsc. max.	5 23 1 5 38 35 21 5 Hor. 11 15 26	5 23 4 32 20 32 11 14 41	5 23 28 47 23 25 11 28 13	11 20 0
Longit. ☽ & ☉ visa temp. & vis. Latitudo Luna visa. Pars deficiens. Quantitas defectus.	V 10 15 53 9 30 22 11 Dig. 8 6 6	10 16 21 15 8 3 6	9 43 22 40 8 9 3	Dig. 7 45 0
Initium Eclipseos Finis Eclipseos. Tota duratio.	Hor. 10 7 15 0 21 37 2 14 22	10 10 4 0 20 15 2 10 11	10 19 26 0 37 0 2 17 34	Hor. 10 13 15 12 27 3 4 13 48
Capita Calculi Eclipseos Solaris anno 1661, die 30. Martij circa Merid. ad Merid. Dantisc. juxt. Calc. Tabularum.	Philippi. Landſpergi	Philolaicarum Ism. Bullialdi.		Ex Observatione nostra.
	Si. Gr. Min. Sec.	Si. Gr. Min. Sec.		Si. Gr. Min. Sec.
Tempus apparenſ & vera. Long. ☽ & ☉ temp. vera & Anomalia ☽ coæquata. Anomal. ☉ coæquata.	Ho. 10 29 25 V 9 53 7 9 1 40 25 6 29 10 30	10 13 2 10 15 20		
Argument. Latit. ☉ Latitudo ☉ vera Sept. D. Intervall. inter vera & vis. & add Temp & vis. & obsc. max.		5 23 55 32 33 23 3 6 10 56 27		Hor. 11 20 0
Longit. ☽ & ☉ visa temp. & vis. Latitudo Luna visa Pars deficiens. Quantitas defectus.		18 42 16 13 Dig. 5 6 2	11 22 21 59 Dig. 8 1 0	Dig. 7 45 0
Initium Eclipseos. Finis Eclipseos. Tota duratio.	Hor. 9 37 8 Ho. 11 56 46 Hor. 2 19 38	9 49 22 0 6 59 2 17 35		Ho. 10 13 15 12 27 3 2 13 48

Tabula non
nunquam
in Eclipsebus
ad semihorā
aberrant.

EX quibus judicare promtum est, Tabulas nempe Astronomicas quascunque, ab ipsis observatis, in Eclipseum negotio, ut diximus, notabili vitio laborare, non solum ad aliquot minuta prima in tempore, sed etiam ad integrum quadrantem unius horæ, imo nonnunquam semihoram: prout in Eclipse Solis anno 1659, die 14 Nov. contigisse vides, in qua 30' 20" ini-

D

tium citius ingruit, quām Tabulæ etiam Rudolphinæ exhibebant. Pariter in Eclipsium quantitate satis adhuc desideratur: prior enim Eclipsis Lunæ tantum reverà 5³ dig. extitit; cum Tabulæ 6¹ dig. præbuerint. Altera quæ debbat esse solummodo ex supputatione 3² dig. observata est, occidēte Sole 6¹ dig. sic ut duplo ferè extiterit major. Quid? quod Astrologorum alij calculo fuerunt persuasi, illam ipsam Eclipsin in nostro horiz. Gedan. forè penitus invisibilem. Posterior verò Eclipsis quanquam nonadeo enormiter à verò discesserit, tamen nihilominus satis evidenter Tabulas, etiam omnium præcipuorum Auctorum, elusit, & quidem diversimodè, ostendentè superiore Tabellâ.

*Tabularum
defectus, etiā
per occultationes, &
transitus Stellarum
probatur.*

*Occultatio
clara in frōte
Scorpij; &
Spica Vir-
ginis.*

Sed hæc de Eclipsibus Luminarium hâc vice sufficient; nunc aliquot etiam occultationes, atqué transitus quarundam Stellarum hîc adjungam; quo videamus, quid Tabulæ Astronomicæ in hoc negotio nobis pollicentur, & quousqué illis innitendum sit. Verùm, et si plures hujus generis haud vulgares penes me asservem observationes, ex quibus id commode fieri posset; tamen quatuor tantum (ne opusculum hocce nimium excrescat) in primis verò illas, quas intra biennium à cœlo impetravimus, atqué præ aliis fuere insigniores, in medium proferamus. Et primò quidem Occultationem claræ illius in fronte Scorpii, factam anno 1660, die 27 April. St. n. mane. Secundò; occultationem Spicæ Virginis, eodem anno die 17. Junii vesperi observatam. Tertiò; Transitem prope 5 A. 1661. die 13 Maij animadversum. Et quartò; 5 à » occultatum, quem A. 1661. d. 3. Aug. feliciter deprehendere obtigit. De quibus omnibus, tam schemata rectè delineata, quām ipsas observationes, adjecto calculo, ordine præmittenda esse censeo; ut omnia & singula eò exactius Tibi, aliisque, qui imposterum ijs uti velint (cū res planè sint non quovis tempore obviæ) exhibeantur, ac reserventur.

Occul-

Occultatio Claræ Boreal. in fronte Scorpii,

Anno 1660, die 27 April mane St. n.

